

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



## HIBERNIA Regnum.

**H**IBERNIA quondam multos Regulos habuit: nunc autem sub Anglorum regimine & per Pro<sup>re</sup> regem, quem Dominum deputatum vocant, administratur. Ea ex incolarum moribus in duas partes distribuitur. Qui enim legibus teneri nolunt & inculti viuunt *irishrie* & vulgo *wild irish* id est sylvestres Hibernici vocantur: Qui verò Legum potestatē sanctam habent & judiciis se sistunt, Anglo Hibernici vocantur & eorum regio *the English pale*. Qui in Anglicā prouincia habitant, victu, cultu & sermone ab Hibernicis differunt. Nam à priscis Anglorum moribus né transuersum quidem vnguēm discedunt. Anglie naturaliter & incorrupē loquuntur: Hibernicē tamen norunt, propter quotidiana commercia. Authōritate nūtuq; Britanicarum Legum Rēpublicam administrant: suos tantum ciuēs mutua affinitatē deuinciunt: & Hibernicos procos vehementissima animi contentionē repudiant. Hibernici autem primarios quosdam Tyrannos habent, quorum imperio plures tenentur, sub Anglico iure & imperio, nisi simulare & quamdiu Angli milites eorum territoria depopulantur, non viuunt. Iudicia tamen propter predationes & furtū nocturna certis temporibus & locis constituunt. Illic reorū, qui accusantur, proprium est: Nego. Si conuincantur, ad litem estimandam, quosdam arbitros, quos illi *Brehonios* appellant, adhibent. Isti sunt ex vna familia prōeminati, qui quāmuis intelligentiam iuris non habeant, vulgo tamen propter arcanam quandam scientiam à maioribus acceptam, quasi diuini habentur. Militia eorum partim equestris, partim pedestris est. Equites habent equos valde tractabiles, quos sine ullis adminiculis, etiam loricati insiliunt. Hastas bene ponderosas circa medium manibus præhensas supra capita in hostem vibrant. Inter pedites, quidam sunt sagati milites valde robusti, quos *Galeglasios* vocant & tela pedalia securibus similia, eaq; gemina, cultris tonsorijs acutiora, longiusculis hastilibus affixa gerunt, & totius Hibernici belli fundamentum & robur sunt. Secundum locum obtinent Pedites leuis armaturæ machero phori, qui *Karni* dicuntur, & neminem occisum putant nisi capite truncatum. Tertio loco sunt cursores, quos *Daltonios* vocant, qui inermes incedunt & ministros se præbent equitibus. Totus autem tam equitatus quam peditatus, quoties ad manus venit, alta voce *Pharro Pharro* inclamat: & tibia vtriculari loco tubæ vtitur. Verum Hibernia ex situ seu potius rectorum quondam numero quinque continet portiones seu prouincias (Pentarchia enim olim erat) M O M O N I A M videlicet ad austrum; L A G E N I A M ad orientem; C O N N A C T I A M ad occasum; V L T O N I A M ad septentriones, & M E D I A M in ipso fere medio; quæ nūc per Comitatus distinguuntur. Habetq; Hibernia in vniuersum Comites triginta tres. Archiepiscopos quatuor. Armachensem totius Hiberniae primatem Long. 12: 19. Lat. 55: 46. Dublinensem Hiberniae primatem Long. 12: 40. Lat. 54: 27. Cassiliensem Long. 11: 2. Lat. 53: 7. & Toamensem Long. 9: 16. Lat. 53: 28. Et hi quatuor vigintinūem suffraganeos habent Episcopos, quos omnes suo loco & ordine in sequentibus tabulis recensebo. Quatuor in has ciuitates præcipuae. Dublinia Long. 12: 40. Lat. 54: 27. totius Hiberniae metropolis est, sedes Regia & Archiepiscopalis, Aede S. Patricij ac Comitatus titulo exornata. Hic iudicia & publica comitia, quæ vulgo parlamenta dicuntur, celebrari solent. Hic etiam insulæ procuratores ut pluriuum consident. Secundas partes tenet VVaterfordia Long. 11: 56. Lat. 52: 48. Tertias Limmiricum Long. 10: 4. Lat. 53: 14. Quartas Corcagia Long. 10: 16. Lat. 52: 21. Kilkennia scolam habet opibus Petri Butleri Ormundiæ & Ossiriæ Comitis extructam.

Medius meridianus ii. reliqui ad hunc inclinantur ratione parallelorum. 52: 30. & 55: 30.